

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintuplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 4. Præstat Contractui firmamentum, qui addit legitimum
Juramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

P R I N C I P I U M IV.

de jure contractui firmamentum, qui addit legatum Iuramentum.

Sensus.

Hoc est, quoies Contractui qui alioqui jure humano recipit, adiicitur juramentum, quod servari potest absque peccato, tum perinde confirmatur, ac si ab initio validus et durans esset, modò ex parte illius, in cuius favorem juratur, nulla cripus enim capitudo reperiatur.

Authoritas.

Desumptum est ex cap. 9. quamvis pactum 2. de pactis. Ita item ex cap. contingit. 1. de Jurejur. in 6. illudque approbat Molin. ro. 1. d. 149. & ro. 2. d. 5 15. Rebellus. Saa. Sanch. & ceteri. Illud cap. & cum Lugon. d. 22. de Justit. n. 206. ubi addit, sic nos ferè Juris Interpretes sentire.

Ratio.

Quia, cum res hæc totaliter à Jure dependeat, standum ionum, illius decisioni, ergo cum in cit. cap. quamvis expressè dicitur, pactum; cui Juramentum adjectum est, servandum est, ne peremptio insertur, ejusmodi contractus per Juramentum con-

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si Filia; dum nuptui traditur, patrificatur cum Patre, quod dote contenta esse velit, nullumque effectum habere, bona paterna regressum habere, validum esse pactum, si Juramentum adjiciat. uti in cap. quamvis definitur.

Deducitur 2. Validum quoque esse pactum, si uxor in venditionem fundi dotalis consentiat, & juramento confirmat, se tale pactum non revocaturam, uti in cap. contingat de jurejur. deciditur.

Deducitur 3. Contractus Minorum factos sine authoritate Curatorum circa bona immobilia aliqui de jure invanis fieri possunt, quod per Juramentum adjectum confirmari, uti ex authent. instrumenta Puberum. Cod. si adversus venditionem colligi-